

nere, et ad illa, quæ sine fine mansura synt, quæque humani sensus, ac desiderii angustias amplitudine sua excedunt, memineritis aciem mentis semper extendere: concordiam, et dilectionem studeatis ad inuicem infidienter habere: Ecclesiis honorem: pauperibus, et afflictis compassionem: Sacerdotibus, præcipueque Episcopis, reuerentiam, ac obedientiam, quasi patribus procuretis impendere: nec non et decimas, quæ ad vsum tam ipsorum, quam Ecclesiarum, et pauperum proficiant dare, totique regno indicare. Quod quidem nulli debet graue videri, pro meliori parte, videlicet semper victura anima, quamque decimam Deo offere, cum pro morituro corpore plurimæ gentes coniugibus suis tertiam rerum legibus compellantur exoluere. Præterea ad hoc summis animi viribus enitimini, vt qui velut in fine orbis, ita et seculorum, ad laborandum in vineam introistis Dominicam, inter primos remunerandi, eundem denarium horæ undecimæ operatores percipere debeatis. Agite etiam, vt quemadmodum de præcessoris vestri laudabili fama valde sumus gauisi, ita quoque studiorum, probitatumque vestrarum opinio nos de se (sicut optamus) lætificet. Quia vero nouiter ad Christum conuersos, nondum Christianæ fidei, et religionis doctrinam sufficienter vos sumpsisse putamus, volumus, vt frequenter ad hanc sedem Clericos vestros mittatis, talesque personas prouideatis ad nos destinare, quæ et S. Ro. Ecclesiæ moribus plenius instrui, et instructæ valeant ad vos doce, et salubriter, quæ sunt agenda, referre. Datum Romæ &c.

26.

1085 d. 21 Maj.

Lund.

Konung Knut den Hellige i Danmark gafvobref på åtskilliga gods till den ännu ej färdigbyggda S:t Laurentii Kyrkan i Lund.

B. I: 13.

Fvndacio et dotacio Ecclesie Lundensis. per sanctum kanutum regem & martirem <sup>1)</sup>.

In nomine Sancte et indiuidue trinitatis. patris et filii et spiritus sancti Notum omnibus in christo fidelibus esse cupimus Qualiter ego Cnuto. quartus magni regis filius. post susceptum paterne hereditatis regnum. ecclesiam sancti laurencii que sita est in <sup>2)</sup> lunde licet nondum perfectam. dotaui. Vt illius agni qui tollit peccata mundi sit perpetim <sup>3)</sup> sponsa. sancta sancti immaculata immaculati. digna digni. Desponsale autem huius ecclesie. quod <sup>4)</sup> vel quale sit. patefacimus. et sub hiis testibus Riewaldo <sup>5)</sup>.

<sup>1)</sup> Denna öfverskrift saknas i K. c. 1: 1, 2, hvarest detta bref efter en Pergaments Bok i Lund med nedanstående olikheter förekommer. 2) utelemn. 3) perpetua. 4) quid. 5) Riewalo.

suenone. siwardo episcopis. Haquino duce. Presbiteris Arnoldo. theoderico. Heinrico. godecaldo. Stabulariis. Allone. Haquino. petro. sueno-ne. ascero achonis filio. Deo preside. ratum et eternaliter stabilitum. desideramus Est igitur terra illa quam æpe. filius thorbiorn in lunde. pro pace sua emendauit. In vpacci australi. quatuor mansi et dimidius. In altero vpacci. totidem mansi. In Heruestadum. octo mansi. In scialshöge <sup>1)</sup> duo mansi. In flatoige <sup>2)</sup>. quinque mansi et dimidius. quem dedit Hacon. regi ln Hildeshoge. dimidius. In Hastathum. vnus mansus. Ageri <sup>3)</sup>. In Wnu-stadum. vnus mansus <sup>4)</sup>. In sceftelungum. dimidius mansus. In seuestathum. vnus <sup>5)</sup> mansus. quem persoluebat pro pace sua. scora. Et dimidius mansus in karlebiu <sup>6)</sup>. quem dedit idem scora regi pro pace sua. In bruneslef. di-midius. quem soluebat rex a thurgislo <sup>7)</sup> filio gunstens. A gothesbo <sup>8)</sup>. In sandbý. vnus mansus A seolandi <sup>9)</sup>. In ramseherathi Öyim <sup>10)</sup>. duo man-si. In seinherathi <sup>11)</sup>. terby <sup>12)</sup>. duo mansi. In tunaherathi. winnincgawe <sup>13)</sup>. duo mansi. In hornsherathi in sculdalef. vnus mansus. In othense. vnus mansus. In smörhem, minore. duo mansi. In liungahereht. byurstinctingarythi <sup>14)</sup> duo mansi. In jurlundahereht <sup>15)</sup> tol lethorp <sup>16)</sup>. vnus man-sus. In scenkilse <sup>17)</sup>. vnus mansus. In insula amacum. in suntby <sup>18)</sup> occi-dentali. quinque mansi In brunby <sup>19)</sup>. tres mansi De annuali pecunia que datur pro areis in lummeby <sup>20)</sup>. tres marce. De eadem pecunia in helsing-gaburgh <sup>21)</sup>. tres marce.. De areis in <sup>22)</sup> lunde. viginti marce et vna Si quis prepotens. nobilis vel ignobilis. natus vel non natus. contumaci inflatus audacia. contra sancte religionis propositum. huius pacti Decretum violare studuerit. sit anathema maranatha. sit supplicio deputatus eterno. vbi ver-mis non moritur. et ignis non extinguitur Fiat mensa eius coram ipso in laqueum. et in retribuciones et in scandalum. Cum hiis <sup>23)</sup> qui dixerunt Domino Deo Recede a nobis. scienciam viarum tuarum nolumus. Quod autem ad regiam pertinet justiciam. ex quacunque causa fiat de prenominata terra. in potestate sit prepositi et ceterorum fratrum. in hoc loco Deo seruien-cium. tribus culpis exceptis Si extra pacem positus fuerit <sup>24)</sup>. emat pacem a rege. substanciam illius. tollat prepositus et fratres. Si expedicionem neglexerit. erga regem <sup>25)</sup> emendet. Reddarios equos non dent. nisi cum rex ipse venerit. Actum Lundi duodecimo kalendas junii <sup>26)</sup>. Anno <sup>27)</sup> incarnacionis dominice <sup>28)</sup>. octogesimo quinto <sup>29)</sup> Indice. VIII Epact. XXII

1) Skalshoge. 2) Flatöige. 3) utelemn. 4) Ifrin 3 till 4 utelemn. 5) dimidius. 6) Karla-bui. 7) Thurgisla. 8) Aguthisbo. 9) In Selandia 10) Oem. 11) Semaherathi. 12) Tiar-by. 13) Winningawe. 14) Bræstingarythi. 15) Virlundaherathi. 16) Tollathorp. 17) Scenkilso. 18) Sundby. 19) Brundby, (Brönby öfverskrifvet i B. 1). 20) Lumaby. 21) Helsingborg. 22) saknas. 23) eis. 24) fuerit. quis illud emenlet & substantiam ejus tollat &c. 25) ipsos. 26) inductione nona. 27) utelemn. 28) Anno Millesimo tills. 29) Det följande utelemn. till or-den: regni autem Domini Cnutonis anno quinto &c.

concurr. II Anno regni domini kanuti regis. quinto. predictis presentibus episcopis et confirmantibus Auctore domino nostro iesu christo. qui est benedictus in secula seculorum Amen <sup>1)</sup>.

In sigillo sancti kanuti regis. huic littere appenso in una parte est ymago regis in solio sedentis. sculpta. Cuius ymaginis superscriptio. hec est Presenti regem. signo cognosce Cnuttonem. Ex aduersa parte est ymago quasi ducis vel equitis sculpta. Cuius superscriptio est Hic natum regis magni. sub nomine cernis.

27.

1106.

Canterbury.

Ärke-Bisk. ANSHELMUS Bref till Ärke-Bisk. ASCER. i Lund.

K. c. 1556.

ANSELMUS Archiepiscopus Cantuariæ reverendo Laudis <sup>2)</sup> Ecclesiæ Archiepiscopo Atsero salutem & veram amicitiam in Christo. Quod me rogasti de Domino Albrico Cardinali Romanæ Ecclesiæ libenter feci, cum propter honorem Romanæ Ecclesiæ, tum propter amorem vestrum, pro quo libenter facere volo si quid quod placeat sanctitati vestrae intellexero. Gratias agimus Deo, qui in regno Danorum vestram religiosam <sup>3)</sup> ad archiepiscopatum sullimavit. Confidimus enim quia, gratia Dei cooperante, ea quæ corrigenda sunt corrigetis, & quæ ædificanda ædificabitis, & quæ nutrita nutriendis. Audivimus namque a præfato Cardinali multa bona de vobis. Vnde istam habemus fiduciam, & oramus ut Deus, qui hoc incepit in vobis, ad bonum effectum vestram semper perducat voluntatem. Rogo sanctitatem vestram quatinus regnum illud vestro sancto studio emundetis ab apostatis, ut nullus alienigena ibi recipiat aliquem ecclesiasticum ordinem: quia illi qui ab Episcopis suis repelluntur, illuc pergit, & execrabiliter <sup>4)</sup> ad diversos ordines sacrantur. Valete, & orate pro me. (Datae Cantuariæ MCVI <sup>5)</sup>).

28.

1133 d. 7 Jan.

Lund.

Ärke-Bisk. ASCER. Bref rörande de vid invigningen af Krafts-Kyrkan i Lund d. 30 Juni 1123 till samma Kyrka gifna gods, stiftelsen af några prebenden och anslag af gods till Canikebordet.

B. 1: 119.

Consecratio & dotacio ecclesie cripte Item. Fundacio quarundam prebendarum per dominum ascerum archiepiscopum Et donacio quorundam bonorum ad mensam communem canonicorum per eundem.

<sup>1)</sup> Det följande saknas. <sup>2)</sup> Lundensis. <sup>3)</sup> religiositatem anm. K. 525. religiosam prudentiam & prudentem religiositatem, tillägges af andra. G. 5. <sup>4)</sup> exitiabiliter. G. 5. <sup>5)</sup> Dette sista tillsättet i K. f: 345.